


**SYNTAGMATA  
LINGVARVM  
ORIENTALIVM  
QVÆ IN GEORGIÆ REGIONIBVS AVDIVNTVR,**

*AVTHORE*

**D. FRANCISCO-MARIA MAGGIO,  
CLERICO REGVLARI, PANORMITANO.**



(1)

SYNTAGMATON  
LINGVARVM  
ORIENTALIVM

QVÆ IN GEORGIAE REGIONIBVS AVDIVNTVR.

LIBER PRIMVS

Complectens Georgianæ, seu Ibericæ vulgaris linguæ  
INSTITVTIONES GRAMMATICAS

A V T H O R E

D. FRANCISCO-MARIA MAGGIO,  
CLERICO REGVLARI, PANORMITANO.



R O M A E,

Ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.

M D C L X X:

Z D A K

SUPERIORVM PERMISSV.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
TEL: 773-936-3700  
WWW.CHICAGO.EDU

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
TEL: 773-936-3700  
WWW.CHICAGO.EDU

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI,  
ET DOMINO NOSTRO  
**VRBANO VIII.**  
PONT. OPT. MAX.



*D. FRANCISCI-MARIAE MAGGIO,*  
*Clerici Regularis, Panormitani,*

PEDVM OSCVLA, ET VOTA.



T tandem octo omninò annos vagatus, Romam re-  
deo, BEATISSIME PATER; atque iterum ad  
Tuos pedes prouoluor; quum iam in Iberiam, &  
Colchidem allegatus; ærumnas, & labores pluri-  
mos exantlarim, in tam ancipiti itinere; per medias  
Arabum, Turcarum, & Persarum Regiones suscepto, ingenti-  
bus periculis obnoxio, hostium iucursionibus infesto, viarum an-  
fractibus aspero, montibus horrido, fluminibus obruto, niuib;  
obsito perpetuis, fabulosis etiam terroribus obsesso; ad Phasidis  
verrucas, & iuga Caucafi prætergressus. Quò Nolstrates, non  
auri cupido, quæ priscis temporibus, è Græciæ litore, deduxit  
Argiuos: Sed vnus aduocat zelus animarum, deliciarum obli-  
tos, contemptotes periculorum, scientiam salutis edoctos: vt Tuis  
nutibus obsequantur.

Enim verò quum nemo, illò terrarum, commigrarit vnquam  
à nobis, qui Ibericæ linguæ notitiam, vel à limine salutasset; ne-  
mo qui inde, Sanctitati Tuæ, ab eis Gentibus delatas literis lacry-  
mas, & vota posset interpretari, tum Sanctiss. Sedis huius oracula,  
difficilis adeò Regionibus, ac Nationibus aperire; factum est, San-  
ctiss. Pater, vt è Clericorum Regular. Congregatione, beatissimis  
Tuis nutibus obsequentissima; me vnum deligeres, eo consilio, vt  
illuc contenderem, & linguæ illius ambages, syrtesque, primus  
omnium, aliqua docendi methodo superarem. Quapropter vix  
vigesimalium secundum annum attigeram; quum ad Sacerdotium,  
quo

quo nec per ætatem liceret, Tuo iussu prouehor; magnifq; auctus  
gratijs, amplissimisq; Priuilegijs diues, immensum iter ingredior.

Syriam, Arabiam, Persidem, atque Armeniam peragraui:  
eas linguas, latinjs auribus prorsus barbaras, addiscendi cupidus,  
etiam tenui; docuitque ea verba conari, haud equidem.

*Magister artis, ingenijque largitor*

*Venter, negatas artifex sequi voces:*

Sed Tuæ Sanctitatis, & Sanctissimæ Sedis huius Imperium,  
Gentium illarum salus; nostrorum Patrum, qui eò deinceps mit-  
terentur, faciliùs edocendorum spes; vt in singulis laborarem.  
Mores etiam, ritus, erroresque omnium diligentissimè disquisi-  
tos, digessi, & litteris consignauì; vt Topographiæ. & Gentium  
illarum historias, à nostris Authoribus concinnatas, à penè innu-  
meris mendacijs vindicarem.

Demùm vbi in Iberiam penetraui, totam eam Regionem lu-  
strare conatus sum; omnemque dedi operam, qua & mihi fandi  
copiam compararem, & eius Gentis Codices, ac monumenta per-  
uoluerem. Illic verò, Beatissime Pater, non sine ingenti animi  
gaudio, plures reperi Nostrates, literarum eruditione, & vitæ  
probitate clarissimos; qui eandem Spartam alacrioribus animis  
agitantes, vt in viam salutis, eis Gentibus prælucere, dies, no-  
ctesque, in desertæ illius vineæ cultura, impigrè laborabant.  
Nempè Christi athletas vidisses, generis nobilitate, atque animi  
indole inclytos, ea rerum incommoda, vitæque discrimina, quo-  
tidie in barbara, & infesta regione, mira æquitate animi perfe-  
rentes, vt in diem mori citiùs, quàm eos viuere credidisses. Dum  
interea non desinunt, Regionum illarum incolas, planè rudes;  
& sæpè nullius Religionis, ac Fidei, quæ verbis, quæ eximiæ vir-  
tutis exemplis, ad studium Pietatis, & Christianæ veritatis lucem  
excitare, vel nutantes firmare, vel deuios adducere, vel auersos  
conciliare.

Coeterùm D. Antonij Iardinæ, vnus è nostris, Viri planè ad-  
mirabilis, ex humanis sublato, iussus supplere vices, ad Gurijs pe-  
netraui: vbi & alios è fratribus vidi, per summam pauperiem, re-  
rumque inopiam, Christi fidem disseminantes: quorum egregios  
conatus, & præclara facinora, non semel Deus prodigijs illustra-  
uit. Hic itaque meo functus munere, baptismo iustratos, instrue-  
re iam conabar, quum ad Colchidem vocor, vt nonnullos è no-  
stris, linguas, quas ipse didiceram, edocerem.

Eò

Eò pergere coactus sum; nec sine mœrore animi præclaros focios, & longè carissimos liqui, cum magno Catholicorum hominum cœtu; quibuscum miserandum in modum, scrutis amicti, panico, solisque oleribus, vitam ad instar pecudum, ceù in montium latebris traducebant.

Pedes, aut equo vectus clitellario, solus & sine comite, tutante Deo, per horridas nemorum sylvas, vbi passim cum saxis, niue, glacie, torrentibus erat luctandum; ad Caucaſi inhospitalis minas peruenio. Hic quum à quodam Regulo humanissimè exceptus essem, vnà in Colchidem venimus, de Sanctitatis Vestræ Pontificiæ dignitatis Primatu, in itinere disceptantes. At qui fieret, vt lacrymas cohiberem, quum in ea Regione fratres agnouerim, macie, & squalore vultus confectos, cilicina indutos veste, cum baxeis, aut crepidis, vel etiam nudis pedibus frequenter incedere; paupere amictos centiculo, nuda humo cubare; sæpe abstemios semel in die cibum capere, à carne, pisce, pane, nec raro de leguminibus abstinentes!

Hic dum indefessè omnes in Colchos, quanti quanti sumus incumbimus, ipse allegatus ad Archamenses, longè abij, Beatissime Pater: quumque Dei Templum inibi aperuissem, vbi de fide orthodoxa erudiendi incolæ exciperentur; lictores quidam, Romanæ Ecclesiæ iniquissimi perduelles, acti cupidine vltionis, cateruatim, ad nostram ædiculam conuolarunt. Non fuit opus perfringere valuas, aut casam diruere, nos indeque protrahere abditos: læti processimus; clamoresque inter, qui vndique personabant, impauidi animo omnes, ficarios amplexamur. Machæras quidem illi exeruerant, nos omninò concidere cogitantes: Deum immortalem, vitam quam lubentissimè voueramur! at demùm dimittimur, & ablegamur.

Indè ad Ponti regiones deuenimus: plerasque iustraui; incolarum ritus agnoui; varios loquendi modos audiui; plures etiam didici, Beatissime Pater. Etenim Sebastopoli morabamur, quam Castoris, & Pollucis aurigis, Poëtæ constructam putant: quondam adeò claram, vt in eam referat Plinius, CCC. Nationes descendisse olim, quæ linguis dissimilibus vterentur; ac propterea CXXX. Interpretibus, Romanos ibi negotia peregisse. Hinc vt Moderatorum iussui obtemperarem, apud Tataros domicilium fixi: vbi expiatio phano, plures à Christiana fide Apostatas offendentes, eorum dicta refellere nitebamur. At demùm summa pau-

perie

perie exagitati dum hùc illùc acti, vitam durè equidem trahebamus; Turcæ cuiusdam beneficio, olim Florentinorum mancipij, Alterius fraude, & supplicio liberati, sedem & locum commutare coacti sumus.

Nauim conscendimus, puellis, puerisque inuestibus oneratam, quos mercati mangones, cunctos in pellices, & catamitos adscuerant, impij Mahometis criminibus non parcentes. Quum ergò Pontum, quem vocant vastum, & trucem Maro; immensum, & minacem Ouidius; voracem, & dubium Lucanus; rabidum Silius; vagum, & ventosum Statius; horrendum, & vesanum Manilius; insanum, & asperum Seneca; ac raucifonum Festus, enauigarem; quamuis ingens, validaque esset nauis; immensis tamen fluctibus verberata; laxatis compagibus, fractis insuper antennis, & gubernaculis, aliisque armamentis abreptis; in summo omnes discrimine versabamur. Interim alterum vidi è regione nauigium, ita labefactari, ac dissolui; vt nullis neque proræ, neque puppis munimentis tantum impetum sustinentibus, haustum gurgitibus interierit.

Ita ad Thraces Byzantium appuli: vbi & Nostrates inueni; quos illùc, Pater Sanctissime, destinaueras; vel vt Christianos excolerent; vel lapsos, vt non semel contigit, reuocarent.

Audiui hìc D. Petrum Auitabilem missionis Præfectum; nostrum omnium Antesignanum; solertia, dexteritate, morum elegantia singularem; etiam Tuo iussu cum socijs in Indiam peruenisse: à quibus modò accepimus, plures Baptismi lauacro Ethnicos, in intimis Regionibus expiatis. Equidem mirum est, Pater Beatissime, qua admiratione & lætitia, nostræ paupertatis institutum, Iberi, Turcæ, & vel ipsi Indi probauerint; indignè ferentes, Sanctæ Sedis huius Apostolos, diuitijs inhiare.

Demùm Byzantio, vbi nunc quidam è nostris qui se totum Schismaticis erudiendis addixit, Philosophiam Armenicè interpretatur; nouissimus Argonauta, è Colchide, aureo vellere diues, Proponride Ægeoque mari remenso; in Siciliam vectus, velim nolim, Messanam teneo. Scilicet, ossa mecum asportaueram, magni illius D. Iacobi Stephanij, quem primum olim ad Iberos legasti, illius Regionis Apostolum, Virum linguarum peritia, virtutum exemplis, virginitate, atque integritate animi præstantissimum; *Deum Terræ*, à rudioribus incolis appellatum. Et hìc quum prorsus nescirem, reperi Messanenses, vt ab eomet D.

Iaco-



Iacobo discedente olim acceperant, ipsius corpus exanime opperientes. Læti igitur meo aduento pignus excipiunt; cui in nostris ædibus, solenni ritu & funere tumulato **SENATVS POPV-  
LVSQVE MAMERTINVS** præ animi lætitia gestientes, honorificentissimè parentarunt. Hanc ille Urbem miro amore prosequabatur; pluresque annos incoluit, **MARIÆ** Virginis Rescripti ad eandem, acerrimus propugnator: cuius quidem exemplaria, typis excusa, deuotionis ergo, vel ad Iberiam deportauit.

Interim ego huc, vndè olim discesseram, Romam repetij; vt **Tuos** sanctos pedes deoscularer; feci quod iussisti, **Beatissime Pater**: Opuscula quæ opraueras etiam scripsi: fortè me imbecillum ingenio, ad hoc opus delegeras, vt **Tuo** afflatus numine vim exprimerem Pontificiæ dignitatis. Itaque pro **Tua** singulari erga nos humanitate, ac beneuolentia, æqui bonique consule quod factum est; & eodem fauore, quo hæctenus, me tutela **Tua** foue, ac patrocinio, & benedictione prosequere: dùm assiduè precari non desinam, vt faustè, & feliciter viuas; gloriæ Dei, gregis **Tui** incolumitati, salutis omnium Gentium, vt facis, seruias, ac **Tuis** apud Deum iam partis promeritis, maximum in dies benemerendo, cumulum adijcias. Vale.



**D. STE.**

D. S T E P H A N V S M E D I C E S

Congregationis Clericorum Regularium  
Præpositus Generalis.

**Q**Uum primum & secundum hunc Librum complectentem Georgianæ, Turcicæ, atque Arabicæ linguæ Institutiones, aliquot è Nostris, quibus id commissum fuit, recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandetur; si ita Illustrissimo Domino Vicesgerenti, & Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici videbitur. In quorum fidem, has literas manu nostra subscriptas, ac sigillo nostro munitas dedimus, Romæ.

**C**Um præsens Opus Grammaticum P. D. Francisci—Marie Maggio Clerici Regularis antequam typis mandaretur, ex Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide visum atque attentè lectum fuisset ab A. R. P. Fr. Ambrosio de Angelis Ordinis Eremitarum S. Augustini linguarum perito; Idem P. Ambrosius nihil in eo contra Fidem Catholicam, aut bonos mores reperisse asseruit, quin immò illud probauit, & dignum censuit, quòd typis publicaretur.

Ita mihi infra scripto retulit idem Pater Ambrosius antequam discederet pro sua missione, Persidis, Georgianæ, & Bassoræ.

*Franciscus Ingolus Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Secretarius.*

*Iterum imprimatur,*  
Si placet Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.  
*J. de Angelis Archiep. Urb. Vicesgerens.*

*Iterum imprimatur.*  
*Fr. Hyacinthus Libellus S. P. A. M.*

SYN-

SYNTAGMATON  
LINGVARVM ORIENTALIVM

Quæ in Georgiae Regionibus audiuntur,

LIBER PRIMVS

Complectens Georgianæ, seu Ibericæ vulgaris linguæ

INSTITVTIONES GRAMMATICAS


In Quatuor Partes digestas,

PROEMIVM.




ORTE quia mirabitur, cur tam amplo titulo, præfens hocce Opus libuerit insigniri; quod *Syntagmata linguarum Orientalium* nuncupamus; *quæ in plerisque Georgia, seu Iberia Regionibus audiuntur*. At neque Ibericæ, vel solius linguæ Turcicæ rudimenta, à rudi calamo tradita pollicemur. Alij Nostrates sunt, qui non modò Hebraicam, & Syriacam linguam, noua methodo, enuclearunt: sed qui Armenicam, & Colchiacam, vtramque Iberis vernaculam, nec dum in Regulas, atque Annotationes digestam, politioribus, ac felicioribus calamis explanabunt. Quæ omnia, primis hisce Institutionibus, annectentur: vt planè Nostratibus; qui in Iberiam imposterum allegantur, congregiendi cum Barbaris, facilior via, absoluto hoc Opere, muniatur. Tradimus, primo hoc loco, Georgianæ linguæ Grammaticen, in qua vt fatear, plura desiderantur: at id vnum facilè condonabunt, qui vel linguæ barbariem norunt, vel animo voluent; ad hæc vsque tempora, olim neminem extitisse, qui aut de ea verba facere cogitarit; aut tam arduæ prouinciæ, à se susceptæ, non succubuerit. Modò gemina illa Iberiæ sidera excipias: PATREM D. IACOBVM STEPHANIVM: quem iure illius Regionis APOSTOLVM, appellarunt, quamplurium linguarum genere exornatissimum; & PATREM D. ANTONIVM IARDINAM, egregium quidem, & solertissimum Virum, primum, qui irritum fuisse Iberorum, & Colchorum Baptisma comperevit; ritèque Gurios aquis lustralibus expiarit. Qui ambo, alienæ salutis sitientissimi, martyrijque flagrantés, quum huc illucque Iberiam peragrarent; felicissimè, sanctissimèque, ante è vita migrarunt; quàm peritissimi omnium, scriptis suis, Dialectum Ibericam illustrarent. Neque inde aliorum illustrium Virorum gloriæ, atque existimationi detrahimus,

himus , quæ plurimum in excolenda Iberia defudarunt : quos inter , iure optimo , recensemus , PATREM D. VINCENTIVM CARAFAM , & PATREM D. IVSTVM PRATVM , quorum ipse præclara facinora accuratis literis consignavi : quippe vtrique Turcicus idioma sat fuit , quò strenuè operam suam nauantes , Apostolico munere fungerentur . Sed vos alloquor ò Asiæ lumina Apostolici Viri , qui fidei ardore succensi , Verbi Dei prædicatione , Iberiam , & Colchidam illustratis : vobis scripsi , quæcunque in his paginis annotavi : vtinam meo hoc qualicumque labore conatus vestros , vestram prouinciam iuuem ! At optarim certè , ad idem opus , vestrum omnium studia , hisce meis Opusculis , excitari : vt solertiores ingenio , & vno omnes propagandæ fidei desiderio confluentes , intima linguarum penetralia referetis . Ergo vt operi meo faueatis , mendis parcite , si quæ vel mea , vel Typographorum incuria , subrepere : sin verò hic laude , & lectione vestra digna reperientur ; vt suum fontem repetant , vnde fluxerunt , IESV MARIÆ IOANNI , Amori meo , Matri meæ , Tutelari meo , accepta omnia vt referantur .



O R



# ORTHOGRAPHIA

PRIMA PARS GRAMMATICES

*Hoc est*

De recta legendi, ac scribendi ratione;

## INSTITUTIONES.



### CAPVT PRIMVM.

Literarum series, figuræ, nomina, & potestates.

*Alphabetum Ibericum vulgare literas habet triginta septem, quas ostendit subiecta Tabula.*

#### Literarum

Ordo.	Figura.	Appellatio.	Valor.
1	ა	ან	A
2	ბ	ბან	B
3	გ	გან	Gh
4	დ	დონ	D
5	ე	ენ	E
6	ვ	ვინ	V
7	ზ	ზენ	Sz
8	თ	თენ	H
9	ი	თან	Th
10	კ	ინ	I
11	ქ	ჩან	Ch
12	ლ	ლას	L
13	მ	მან	M
14	ნ	ნარ	N
		A	15

ALPHABETVM IBERICVM

Ordo.	Figura.	Appellatio.	Valor.
15	o	on	I
16	o	on	O
17	o	Par	P
18	o	Sgian	Sg
19	o	Rae	R
20	o	San	S
21	o	Tar	T
22	o	Vn	V
23	o	Phar	Ph
24	o	Kan	K
25	o	Ghan	Ghh
26	o	Cqar	Cq
27	o	Scin	Sc
28	o	Cin	C
29	o	Zzan	Zz
30	o	Zil	Z
31	o	Tzil	Tz
32	o	Cciar	Cc
33	o	Chhan	Chh
34	o	Hhar	Hh
35	o	Gian	G
36	o	Hhae	Hh
37	o	Hhoe	Hh

Quintadecima & figura & potestate est eadem ac decima litera, nisi alia forma donanda sit, & harum altera sit vocalis, altera consonans; sed ita pictam in Alphabetis inuenies. Verum nonnulli eo loco ponunt quintadecimam alterius Alphabeti, quo nempe Codices, & maxime sacros exarant, eamque in sequenti tabula inspicias; sed cum ea litera nunquam vtantur, nisi in solo sermone, quem sacrum vocant, ideo à vulgari Alphabeto plerique autumant remouendam; ea tamen vtuntur pro nota numeri, vt suo loco videbis. Maiusculas deinde literas nullas habet vulgus, nisi quas à sacris paginis mutuatur, easque perinde ac vendicat, ostendet subiuncta syllabus.

M.A.

# ALPHABETVM IBERICVM.

## Maiuscularum literarum.

Ordo.	Figura.	Appellatio.	Valor.
1	ᲀ	ᲀᲨ ᲠᲨ	Რ
2	ᲁ	ᲁᲨ ᲡᲨ	Ს
3	ᲂ	ᲂᲨ ᲢᲨ	Ტ
4	ᲃ	ᲃᲐᲨ ᲣᲐᲨ	Უ
5	ᲄ	ᲄᲨ ᲤᲨ	Ფ
6	ᲅ	ᲅᲨ ᲦᲨ	Ღ
7	ᲆ	ᲆᲨ ᲧᲨ	Ყ
8	ᲇ	ᲇᲨ ᲘᲨ	Ი
9	ᲈ	ᲈᲨ ᲙᲨ	Კ
10	Ᲊ	ᲉᲨ ᲚᲨ	Ლ
11	ᲊ	ᲊᲨ ᲛᲨ	Მ
12	᲋	᲋Შ ᲜᲨ	Ნ
13	᲌	᲌Შ ᲝᲨ	Ო
14	᲍	᲍Შ ᲞᲨ	Პ
15	᲎	᲎Შ ᲟᲨ	Ჟ
16	᲏	᲏Შ ᲠᲨ	Რ
17	Ა	ᲐᲨ ᲡᲨ	Ს
18	Ბ	ᲑᲨ ᲢᲨ	Ტ
19	Გ	ᲒᲨ ᲣᲨ	Უ
20	Დ	ᲓᲨ ᲤᲨ	Ფ
21	Ე	ᲔᲨ ᲦᲨ	Ღ
22	Ვ	ᲕᲨ ᲧᲨ	Ყ
23	Ზ	ᲖᲨ ᲘᲨ	Ი
24	Თ	ᲗᲨ ᲙᲨ	Კ
25	Ი	ᲘᲨ ᲚᲨ	Ლ

# ALPHABETVM IBERICVM

Ordo.	Figura.	Appellatio.	Valor.
26	4	4LJ	յնր
27	5	5TH	նոն
28	6	6TH	հոն
29	7	7LH	լոն
30	8	8TL	տոն
31	9	9TL	թոն
32	10	10LJ	լոն
33	11	11LH	նոն
34	12	12LJ	յնր
35	13	13LH	նոն
36	14	14LH	նոն
37	15	15OT	թոն

Alias etiam, sacri characteris minores literas, pro maiusculis olim sibi vulgus ascriuerat; quarum modo vsus inoleuit; eas enim soli vetusti Codices adhibent in hunc modum.

## Aliarum maiuscularum literarum.

Figura.	Potestas.	Figura.	Potestas.
7	A	8	M
8	B	9	N
9	Gh	10	O
10	D	11	P
11	E	12	Sg
12	V	13	R
13	Sz	14	S
14	H	15	T
15	Th	16	V
16	I	17	Ph
17	Ch	18	K
18	L	19	Fi



ALPHABETVM IBERICVM.

Figura.	Potestas.	Figura.	Potestas.
α	Ghh	ϑ	Cc
γ	Cq	ϕ	Chh
δ	Sc	ϕ	Hh
ε	C	ϕ	G
ζ	Zz	ϕ	Hh
η	Z	ϕ	Hh
θ	Tz		

Vulgares igitur illæ priores literæ, cuiusvis generis calamo depinguntur, sed sacras tum maiores, cum minores; quas modo in superioribus tabulis exhibuimus, arundineo scribunt Iberi; quod in eis formandis plus infumatur atramenti,



CAPVT SECVNDVM.

Literarum diuisiones.

Literas Iberorum, primò partior in vocales, & consonantes.

Vocales sunt quinque.

- δ An: γ En: ο In: α On: ϕ Vn.
- δ An, valet A, vt αμάρθουδουδου Amparthauani, *in status imperiosus.*
- γ En, valet E, vt γαυδ Elua, *fulgur.*
- ο In, valet I, οφδγγγο Idacqui, *cubitum.*
- α On, valet O, ore aperto prolata, vt α-γγοα Ophli, *sudor.*
- ϕ Vn, valet V, vt ϕβδγδδδ Vnaghiri, *epiphium.*

Consonantes sunt tringintaduò.

- δ Ban: γ Ghan: ϕ Don: γ Vin: ϑ Szen: λ He: α Than:
- γ Chen: ϕ Las: ϑ Man: ϑ Nar: α On: λ Par: ϕ Sgian:
- ϕ Rae: ϑ San: ϑ Tar: ϑ Phar: γ Kan: ϑ Ghhan: ϑ Cqar:
- ϑ Scin: ϑ Cin: ϑ Zzan: ϑ Zil: ϑ Tzil: ϑ Cciar: ϑ Chhan:
- γ Hhar: ϑ Gian: λ Hhae: ϑ Hhoe.

Secundò in mutas, & plenas diuido consonantes.

Plenæ sunt tres,

- ϕ Rae: λ Hae: ϑ Hhoe.

Ple-

6 DIVISIONES LITERARVM.

Plenas dico, quia nonnunquam, nullius indigent vocalis, vt sonent;

᠙ Rae enim valet R & A, vt ᠑᠙ Ara, *minimè*.

᠘ Hhae valet Hh & A, vt ᠘᠑ Hhae, *arbor, trabs, aut tignum*.

᠙ Hhoe valet Hh & O, vt ᠙᠐᠓᠑ Hhoime, *heu*.

Ideoque appellantur hae literæ Rae, Hhae, Hhoe; non Ras, Hhar, Hhor. Dixi nonnunquam, quia plerumque ᠙ Rae valet R, vt ᠙᠑᠑ Rù, *aqueductus, aquagium*: ᠘ Hhae & ᠙ Hhoe valent Hh, vt ᠘᠑᠓ Hhbò, *vitulus*, ᠘᠑᠓᠑᠓᠑ Hharmali, *machera, gladius, quo Turca utuntur, & Iberes*. &c.

Mutæ literæ, quæ scilicet sublati vocalibus nullum habent sonum sunt vndetriginta.

᠔ Ban: ᠑ Ghan: ᠙ Don: ᠑ Vin: ᠙ Szen: ᠘ He: ᠓ Than:  
 ᠑ Chan: ᠓ Las: ᠓ Man: ᠖ Nar: ᠓ In: ᠘ Par: ᠙ Sgian: ᠖ San:  
 ᠙ Tar: ᠑ Phar: ᠑ Kan: ᠙ Ghhan: ᠑ Cquar: ᠓ Scin: ᠖ Cin:  
 ᠙ Zzan: ᠓ Zil: ᠙ Tzil: ᠙ Cciar: ᠖ Chhan: ᠑ Hhar: ᠙ Gian.

Tertiò in duplas, & simplices diuido mutas.

Simplices, quarum videlicet quæque, vni tantum respondet literæ Latinorum, sunt viginti.

᠔ Ban: ᠑ Ghan: ᠙ Don: ᠘ He: ᠓ Than: ᠑ Chan: ᠓ Las:  
 ᠓ Man: ᠖ Nar: ᠓ In: ᠘ Par: ᠖ San: ᠙ Tar: ᠑ Phar: ᠑ Kan:  
 ᠖ Cin: ᠓ Zil: ᠙ Tzil: ᠙ Gian.

᠔ Ban valet B, vt ᠔᠓-᠖᠓ Bofi, *pellax*, ᠔᠓᠓᠓ Bici, *puer*, ᠔᠔᠑᠑᠑᠑᠑᠑᠑᠑ Bachauli, *satelles*.

᠑ Ghan valet G: quod enim G Latinorum cum A, O, aut V simul sonat, id ea litera præstat, etiam si vocalibus reliquis antecedit, vt ᠑᠑᠑᠑᠑ Ghuli, *cor*, ᠑᠑᠑᠑᠑᠑᠑᠑᠑᠑᠑ Ghmarzuili, *infans*, ᠑᠑᠑᠑᠑᠑ Ghogho, *puellula*.

᠙ Don valet D, vt ᠙᠑᠑᠑ Deda, *mater*, ᠙᠑᠑᠑ Didi, *magnus*.

᠑ Vin est V consonans, perinde ac ᠑ Vita Græcorum, vt ᠑᠑᠑᠑᠑ Vascli, *malum*, ᠑᠑᠑᠑ Vagi, *iuuenis*.

᠘ He valet H, vt ᠘᠑᠑᠑ Heri, *plebs*; verum de his, sint ne literæ, an aspirationis notæ, dubium controuersumque est; quippe earum potestas nulla, nisi quod sonum augent illius, seu vocalis; seu consonantis cui adhærent.

Θ Than valet T, vt ԹԹԹԹԹ Thathari, *Turca*; Fallitur verò qui arbitratur hoc elementum esse idem ac duplex t, Latinorum non enim maiorem vim exposcit ab ore, sed sonitum clariorem; ideò per t, & h, in tabula redditur.

Ϸ Chan, idem sonat ac C latinum, A, O, aut V vocalibus antecedens, vt շճԿո Cazzi, *vir*, շճու Chali, *muliercula*.

Լ Las, valet L, vt Լու-լոս Loeqa, *mentum*, Լուր-նեմնե Լուր-մանի, *clauus*.

Մ Man, valet M, vt մաննե Marani, *cella vinaria*, մառ չոչյն *dextera*, մառ շյն *laeva*.

Ն Nar, valet N, vt ննննն Nagharà, *tympanum*.

Ի Altera In, est I consonans, vt Իեսու Iesu, *Iesus, Christus Dominus*.

Ք Par, valet P, vt Քոյնո Puri, *panis*, Քննե Passi, *pretium*.

Տ San, valet S, տՏՏՏՏ Sarzereli, *theca calamaria*, Լոչյնե, *pinguis*.

Թ Tar, valet T, vt Թոլոմեո Tulasci, *cornix*.

Փ Phar, non est duplex P, sed P simul cum aspiratione h, quæ ut plurimum auget sonum literæ præcedentis, vt in his dictionibus փոյնո Phuri, *iuuenca*: փեփո Phechhi, *pes*, & similibus. Quandoque etiam aspiratio H simul cum P conuertitur in F, sicut à Latinis vsurpatur in dictionibus Græcis, Phanum, Pharetra, Pharmacum, atque ita efferuntur փաննեփո Phranchi, *habitor Europe*, փոփոփո Thiphlis, *Artaxata, urbs maioris Armeniæ ad Arexens amnem sita*.

Կ Kan, valet K, vt Կաննո Kaciali, *porrigo*.

Կ Cin, est idem cum C quàm I, aut E subsequatur, vt Կյլմն *Cekma, ocrea*.

Ճ Zil, valet Z, suavius elata, vt Ճննո Zagli, *canis*.

Յ Tzil est altera Z, licet quia leniorem emittit sonum, eius potestatem expresserim etiam per T, quæ Z nonnihil emollit: assentior tamen ijs, qui harum literarum sonos, Italicè reddunt per Z, itaut decima octaua simplex litera enuncianda sit non aliter, quàm in his verbis, *zelo, Zefiro*, &c. hæc autem decimanona exprimenda, vt in vocibus, *zio, Ziella*; & ita efferendæ sunt Յննո Tzarbi, *cilium*, Յոյոյո Tzuiui, *crus*, Յնոյո Tznili, *vimen*, Յոյոյո Tzugli, *barba*, Յոյոյո Tzito, *avis*, Յոյոյո Tzcqali, *aqua*.

ღ Gian sonat G, quæ E, aut I adhæreat, vt ჯგჳო Geli, *marfupium*, ჯგ-ინი Giori, *mulus*.

Duplæ literæ ex mutis, quæ pluribus simplicibus respondent, sunt nouem.

ღ Szen: ლ Sgian: ლ Ghhan: ე Cquar: მ Scin: ც Zzan:  
ჭ Cciar: ხ Chhan: ჯ Hhar.

ღ Szen valet ხ & მ, vt ზევე Szeghe, *perendie*.

ლ Sgian, valet ხ & ჯ, vt ლჳო Sgiuli, *fides*.

ლ Ghhan, valet ჯ & ჯ, vt ლჳინო- Ghhuino, *merum*.

ე Cquar, valet ჯ & ჯ, estque idem cum ც Arabico, vt ეჳინი Cquari, *cognomen*, ერჳე Cqur, *surdus*, ეჳო Cqeli, *manus*, ეჳინი Cquri, *auris*.

მ Scin, valet ხ & ხ, vt მინი Sciaui, *niger*, მჳინი Sciubli, *frons*, მინი Scuili, *filius*.

ც Zzan est duplex მ, sed initio dictionis apposita, eundem sonum refert, quem Z apud Italos, in his vocibus, *Zappa*, *Zampa*, & similibus: vt ცო-ლი Zzoli, *coniux*, ცხჳინი Zzchhuiri, *nasus*; ცჳინი *veruex*, ცხენი Zzchheni, *equus*, ცო-ცხი, *scope*.

ჭ Cciar est duplex ხ, vt ჭინი Cciarcian, *annus iam elapsus*.

ხ Chhan, valet ჯ & ჯ, vt ხეო Chheli, *etiam manus*, & ხელჳეხი Chhelpechhi, *opificium*.

ჯ Hhar est veluti duplex ჯ idem cum ჯ Arabico; vt ჯინი Hhari, *vitulus*, ჯმეო Hhameli, *exiccatus*, *aridus*, *insolatus*, ჯმ-ინი Hhorzzi, *caro*.

Quartò iuxta Arabicarum sectiones, diuidimus consonantes in gutturales, vuales, palatinas, sibilantes, balbutientes, flexas, labiales, & molles.

PRIMO Gutturales, ita dictæ, quòd in eis formandis, plus cæteris instrumentis, guttur laboret, sunt sex.

ღ He: ლ Ghhan: ხ Chhan: ჯ Hhar: ჯ Hhae: ჯ Hhoe.

SECUNDO Vuales, quæ scilicet formantur in vua, idest ea pellicula, quæ cum in fine palati dependeat circa fauces, in hiante homine conspicitur, sunt tres.

ჰ Chan: ჳ Kin: ე Cqar.

TER.

DIVISIONES LITERARVM.

TERTIO Palatinæ sunt septem.

ჰ Ghan: შ Scin: ზ Cin: ჳ Zzan: ყ Sgian: ჳ Cciar: ჳ Gian.

QUARTO Sibilantes, quæ dum pronuntiantur, audiuntur quodammodo sibilare, sunt quatuor.

ზ Szen: ს San: ძ Zil: წ Tzil.

QUINTO Balbutientes, quæ sic appellantur, cum qui balbutiunt, in harum literarum sono, verba confundunt, sunt tres.

ღ Don: თ Than: ტ Tar.

SEXTO Flexæ, in quibus exprimendis lingua tangens truncos dentium flectitur, sunt tres.

ლ Las: ნ Nar: რ Rae.

SEPTIMO Labiales sunt quatuor.

ბ Ban: მ Man: პ Par: ფ Phar.

OCTAVO Molles sunt duæ.

ვ Vin: ი In.

Deinde diphtongus, quæ est conglutinatio duarum vocalium, in eadem syllaba vim suam retinentium, ferè apud Iberos est quintuplex.

აჟ Au: ოე Oe: ან Va: აჟ Ve: აი Vi.

აჟ Au, vt ბო-კანულო Bochauli, *satelles*.

ოე Oe, vt კო-ელნ Choela, *omnes*.

ან Va, vt მესუნანი Mesuani, *ignifer, vel qui subijcit prunas, aut carbones incendit*.

აჟ Ve, vt კართუელი Charthueli, *Iberus*.

აი Vi, vt ძუირობა Zuiroba, *caritas, penuria*.

Sed hæ literarum partitiones, commodiùs in hac tabula inspicientur.

DIVISIONES LITERARVM.

Ex literis communioribus Iberorum sunt

VOCALES.

ა. ე. ი. ო. უ.

CONSONANTES.

ბ. გ. დ. ვ. ზ. ჰ. თ. კ. ლ. მ. ნ. ი. ჰ. უ. რ.  
ს. ც. ფ. ქ. ღ. ყ. შ. ჩ. ც. ძ. წ.  
ჭ. ს. ჯ. ჯ. ჰ. ჳ.

PLENÆ.

რ. ჰ. ჳ.

MVTÆ.

ბ. გ. დ. ვ. ზ. ჰ. თ. კ. ლ. მ. ნ. ი. ჰ. უ. ს. ც.  
ფ. ქ. ღ. ყ. შ. ჩ. ც. ძ. წ. ჳ. ჯ. ჳ.

SIMPLICES.

ბ. გ. დ. ვ. ჰ. თ. კ. ლ. მ. ნ. ი. ჰ. ს.

ც. ფ. ქ. ჩ. ძ. წ. ჳ. ჯ.

DVPLÆ.

ზ. ფ. ღ. ყ. შ. ც. ჳ. ს. ჯ.

GVTTVRALES.

ჰ. ღ. ს. ჯ. ჰ. ჳ.

VVALES.

კ. ქ. ყ.

PALATINÆ.

ბ. შ. ჩ. ც. ყ. ჳ. ჯ.

SIBILANTES.

ზ. ს. ძ. წ.

BALBVTIENTES.

დ. თ. ც.

FLEXÆ.

ლ. ნ. რ.

LABIALES.

ბ. მ. ჰ. ფ.

MOLLES.

კ. ი.

& ex vocalibus fiunt diphtongi.

აე. ივ. აი. აუ. აო.

RATIO ADDISCENDI SERIEM LITERARVM. 11

**H**oc itaque totum fuit, quod opera nostra Lectori præstare potuit, ut tyrunculus, atque Ibericæ linguæ rudis, iam inde à principio optimæ pronuntiationi assuesceret; quod ut facilius assequatur, ad rem satis conferre mihi videtur, ut nomina quædam Iberica, versusque affectatæ difficultatis, ex pluribus asperrimè coëuntibus, inter se syllabis catenatos, & velut confragosos, quam citissimè voluat; quibuscum tamdiù, ait Fabius, novus palestrita luctabitur, donec deuiçta, & prostrata sceddissima barbaries, ab ore extrudatur, ac relegetur. Idcirco quasdam ego dictiones è Codicibus Iberorum excerpti; in quibus literarum omnium, & elementa ediscet, & seriem, qua vel iacent in tabula; atqui ut minus laboriosè memoriæ mandentur, eas in metra redegi, & hæc pluries describere, ac memoriter pronuntiare non erubescat.

Distichon ad literas ediscendas.

ՏՃՏԵՆ . ԸՅՅԵՅԷՔ . տոյտոմ . նոմ-է . Եր-հո-նո . Երտտ .  
 Երտտ . Նո-հոյո . Եր . Զն . ԵՆՋՆՆՆ . Զո-յ .

Abagha, Deueszeh, Thichlim, Niop, Sgioroso, Tuphu;  
 Kughhucq, Sciocizzo, Zetzi, Cciachh, Hhagiahha, Hhoe.

Sacris verò minusculis literis ita versus compones.

Երտտ . Տղղղղղղղ . առհարմ . հաստ . Կառհաստ . Զպպպպ .  
 Էպպպպ . Կառհոյա . Էրտտ . Եր . Կրրրրրր . Զղ .

Maiusculis autem sic:

ԸԿԸԿԸ . ՃԿԿԿԿԿ . ԵԿԿԿԿԿ . ԵՆՆՆՆ .  
 ԿՕԿՕԿՕ . ԸՕՓՕ .  
 ԺՕՈՕԿ . ԾՕԻՆՕՕ . ԺԿԿ . ԾԸԸ .  
 ԿԸԿԸԸ . ԶԿ .

Sed hæctenus tradita, sint satis ad rationem legendi, & pronuntiandi vulgares literas, mox earum formas, huc ad examina reuocemus.

## CAPVT TERTIVM.

Figurarum structura, positus, & discrimen.

**M**itto Chan, Man, Nar, San, Kan, Ghhan, Zzan, Zil, Tzil, Chhan, Hhar, Hhoe, quippe quæ, etsi novas induant formas, facile internoscuntur.

δ An, in solutis syllabis non rarò inuertitur sic ο

δ Ban, quæ quandoque non rotundo, sed recto, aut pauxillum inflexo gaudet capite, sic . . , perperam à nonnullis pingitur in hunc modum . . ; ita enim nequit cum subsequen- tibus necti, vt suo loco dicemus.

γ Ghan, formas has non rarò nanciscitur . . , quas nempe non improbamus, modò à δ Ban, & θ Man, suo pacto discriminentur; cauendum etiam ne in alteram partem inflectatur, sic . . , vt de superiori monuimus.

Ϟ Don, sic vt plurimum exaratur . .

γ En, sibi etiam has figuras asciscit . .

A γ Vin sæpè hunc orbiculum . . amputamus, & parum limo capite scribimus γ; proin ne in γ Chan transeat, à quibusdam rectiùs hac forma donatur. .

δ Szen cum sit variformis, monendi sunt tyrones, quòd vt discrepet à b Chhan, cui est affinis, superior lineæ extremitas ita ducenda est, vt vel orbem efficiat, vel aliter ipsius literæ tergo adhæreat, sicut in subiectis figuris ostenditur . .

‡ He de Alphabeto tollere ausi sunt quidam Iberorum: oppositum tamen ego didici à Codicibus & plerisque, quos de hac re persæpè consului; licet enim ipsius murus à ‡ Hhae non rarò præstetur, nihilominùs quoad numeri potestatem plurimùm interest inter vtramque.

ο Than hoc pacto sæpiùs vsurpatur . .

Vtraque ο In, vocalis & consonans ad instar n Latinorum effingitur.

Ϟ Las explicat dentes suos . .

ο On has quoque figuras excipit . .

‡ Par & ‡ Hhae ita explicatis dentibus aliquando longif- cunt . . ; ‡ He verò cum sit media inter vtramque, nisi den- ticulata pingatur, non secerneretur ab illis, in quibus hæc item

ratio



ratio habenda est, vt priore posterior altiusculè producat sic . . .

☉ Sgian plures exceptat figurationum varietates, per hanc verò notam dignoscitur .

☽ Ræe & ☽ Scin similiter ac ☽ Las, dentes siue pedes expandunt .

☽ Tar scribitur in hunc modum .

☽ Vn explicat caput suum .

☽ Phar flexuram dorsi æquari assolet .

☽ Cciar, adeò pluriformis excipitur, vt etiam biceps, ac bicorporis vsurpetur; & has ego discrepantias figurarum, cogitatè reticeo, ne mendis aliorum videar suffragari, illis tamen hoc stigma ✽ frequenter affigitur.

☽ Gian capite tesseram plerumque similat, sed has tantùm formas ritè nanciscitur . . . ; his verò alijsque figuris literarum superiora carmina modulabor .

Handwritten examples of decorative letter flourishes in a cursive script, showing various forms of letters and symbols.

**Q**uia tamen ad rectam rationem scribendi, valdè interest, vt methodum etiam tradamus, non vtcumque exarandi literas, sed figurarum lineas ducendi, iuxta leges, ac monitus Iberorum, quò literæ inter se faciliùs annectantur, non incassum elaborasse arbitramur, si eam quoque in tabula præstiterimus; vbi priores de initijs, ac postremi numeri de figuræ terminis admonent. Modum verò nauiter, atque accuratè, in scribendo quasumque locandi literas, magnificiunt Iberiæ præceptores, inscitia criminantes eos, qui ita exarant versiculos vt in his literæ positus, situsque novos adipiscantur: proin vt ab hoc errato tyrunculi sibi caueant, tabellam subijcimus, ex qua vtrumque clariùs elucescet.

MO.



**E**T hìc habes, Lector, germanas literarum figuras; quas ideo excudendas curauimus, cum non benè ad instar autographi, typos cælarint. Monendus hìc mihi eras, vt Typographo parceres, qui cum varias literarum imagines in promptu exculptas non reperisset, breuitatis causa, me inconsulto, visus est sibi omnia punctis exsoluere. Sæpè etiam cum ¶ Sgian sacro, vulgarem hanc literulam ¶ commutauit: nec rarò ¶ Hhae vsus est, pro litera ¶ He, quæ etiam ritè depingitur in hunc modum ¶; sed vt ad rem redeamus: omnes hæ literarum figuræ, præ-

DISCRIMEN LITERARVM.

15

præter ꝑ Kan & ꝑ Cciar, quarum illa circiter medium incidenta est, altera succingenda, vnico linearum ductu perficiuntur, at postremò reliquum est, vt earum dissimilitudines indicemus; & hoc promimus in hac tabula.

Ex literis communioribus Iberorum  
quæ capite discrepant.

Primò ð Ban, & ꝑ Ghan. Secundo ꝑ Phar, ꝑ Vin, & ꝑ Chan.  
Tertio ꝑ Scin, ð Man, & ð Zil. Quarto ꝑ En, ꝑ Sgian, ꝑ Cqar,  
& ꝑ Vn.

Quæ facie differunt.

ꝑ Tar, & ꝑ Zzan.

Quæ dente dispares.

Primò ꝑ Las, & ꝑ Ghhan. Secundo ð Par, ð He, & ð Hhae.

Quæ ventre dissimiles.

ꝑ San, & ꝑ Chhān.

Quæ per caudas discriminantur.

Primò ꝑ Las, ꝑ Rae, & ꝑ On. Secundo ꝑ Don, & ꝑ Than.  
Tertio ꝑ Nar, ꝑ Szen, & ꝑ Chhan.

Quæ ex situ dispicies.

Primò ꝑ An, & ꝑ In. Secundo ꝑ Cin, & ꝑ Cqar.

Quæ prorsus dissident.

ꝑ Tzil, ꝑ Hhar, ꝑ Gian, ꝑ Hhoe.

Et hic parce etiam Lector, si similari non vides nonnullas, quas inter se literas comparauimus, desunt nobis pleræque formæ literarum, vt paulò ante monuimus.



CA-

## CAPVT QVARTVM.

Literarum Arithmetica potestas, &amp; appellatio.



**O**Mnes ferè Nationes, vt apud Authores inuenio, literas olim ad numeros exprimendos adhibuere: non tantùm Græci, & Hebræi, de quibus vide Gyraldum Dialog. 1. Poët. Petrum Gregorium lib. XV. Artis mirab. cap. 1. & Matth. Hostium de numeris; sed reliquæ omnes, atque etiam Latini, vt Hermannus Hugo declarat lib. De prima scribendi orig. cap. XXVIII. barbaricæ enim Arithmeticonum notæ, quibus hodie vtimur, ante trecentos annos tantùm, ad nos venire ab Arabibus, inquit Scaliger in explicat. Numi Constantini. Ita etiam apud Iberos, literæ pro numeris adhibentur, nomine, & potestate qua donantur in tabula.

## Numerorum

Figura.		Appellatio.	Valor.
Ճ	յճտո	Erthi	I
Ժ	ո-ճո	Ori	II
Թ	ՆՃո	Sami	III
Ձ	ո-տեո	Othchhi	IV
Շ	խտո	Chhuthi	V
Ն	յյտո	Ekufi	VI
Ն	ժջո	Scuidi	VII
Ն	ոչո	Ruà	VIII
Ն	յնո	Zzchhrà	IX
Ն	տո	Athi	X
Ն	ո-յո	Ozzi	XX
Ն	ո-յճո	Ozzdaathi	XXX
		idest, viginti & decem.	
Ն	ո-ոմ-յո	Ormozzi	XL
sonat: duo viginti, idest, bis viginti, nempè quadraginta.			
Ն	ո-ոմ-յճո	Ormozzdaathi	L
		duo viginti & decem.	Fi.

NVMERORVM NOTÆ.

Figurá .	Appellatio .	Valor .
o	სამოცი Samozzi tres vel ter viginti.	LX
m	სამოცდათი Samozzdaathi ter viginti & decem.	LXX
ჲ	მთხმოცი Othchhmozzi quater viginti.	LXXX
ჟ	მთხმოცდათი Othchhmozzdaathi quater viginti & decem.	XC
რ	ასი Afi Centum.	C
ს	ორასი Orafi fonat: duo seù bis centum.	CC
ც	სამასი Samasi ter centum. & sic coeteri se habent.	CCC
კ	მთხასი Othchhasi CCCC	CCCC
ხ	ხუთასი Chhuthasi D	D
ე	ექუსი Ekuasi DC	DC
ვ	შვიდისასი Scuidasi DCC	DCC
გ	რუასი Rua asi DCCC	DCCC
დ	ჯხრასი Zchhra asi DCCCC	DCCCC
ზ	ათასი Athi asi M	M
fonat: decem ( hoc est, decies ) centum, idest, mille .		
ყ	ორათასი Ori athiasi MM	MM
quasi dicerent : duo decem centum, hoc est : duo millia.		
ძ	სამიასი Sami athasi MMM	MMM
ter decies centum : nempè tría millia .		
წ	მთხათასი Othchhi athasi MMMM	MMMM
	C	Fi

NVMERORVM NOTÆ.

Figura.	Appellatio.	Valor.
	quater decies centum, idest, quatuor millia.	
Ⲅ	խոտոնտոնսո Chhuthi athiasì	V̄
	quinquies decies centum, idest, quinque millia.	
Ե	ըխտոնտոնսո Ekufi athiasì	VĪ
	sexies dena centena, idest, sex millia.	
Յ	Տջոտոնտոնսո Scuidi athiasì	VIĪ
	septies dena centena, idest, septem millia.	
Շ	Ռոնտոնսո Rua athasi	VIIĪ
	octies dena centena, idest, octo millia.	
Չ	Շեռնտոնսո Zcchhra athasi	IX̄
	nouies dena centena, idest, nouem millia.	
Ջ	Տոնտոնսո Athi athasi	X̄
	decies dena centena, hoc est, decem millia.	

Ita igitur literæ, pro numeris adhibentur; tamen, vt verum fatear, non semel Arabum notas animaduerti, vel exsculptas lapidibus, vel parietibus pictas, vt credible est, à Turcis, aut Persis, qui frequenter eas Regiones depopulantur. Et has Tyrones docendi causa, hic subijcere non grauabor.

Notæ Arabicæ numerorum, quibus pluries vsi sunt in Iberia.

Figura.	Valor.	Figura.	Valor.
ⲁ	1	Ⲃ	6
Ⲃ	2	ⲃ	7
ⲃ	3	Ⲅ	8
Ⲅ	4	ⲅ	9
ⲅ	5	Ⲇ	10

Has deinde more nostro componunt ad varias numerorum compositorum species exprimendas; e. g.

Fi.

ALIA SIGNA IBERICA.

Figura.	Valor.	Figura.	Valor.
⋄	20	⋄	700
⋄	30	⋄	800
⋄	40	⋄	900
⋄	50	⋄	1000
⋄	60	⋄	2000
⋄	70	⋄	3000
⋄	80	⋄	4000
⋄	90	⋄	5000
⋄	100	⋄	6000
⋄	200	⋄	7000
⋄	300	⋄	8000
⋄	400	⋄	9000
⋄	500	⋄	10000
⋄	600		



**H**Æc Arabum signa retulimus, ut cum apud Iberos inueneris excusa, vel depicta percipias. Hi enim, ut dixi, solis literis vtuntur, præter quas nullas habent notas; nam etiam carent accentu, spiritu, apostropho, parenthesi, interrogationis, mœroris & admirationis signo, auerso semicirculo, seu comina, quæ incidant cola, & periodos; punctisq; gaudent dumtaxat, quibus ad eò sententias interpungunt, ut vel binas dictiones neque audeant scribere, quin conduplicatis his, aut tergeminis, alteram ab altera dirimant. e. g.

აბაღა. დეკეზე. თიკლიმი. ნიო-ღ. სუო-რო-სო. სუთლთუ.  
ქუთლთუ. შო-ჩიკო. ბეწი. ჭახ. ვაჯან. ჭე.

Cuius rei rationem non in Codicibus tantum, sed in Codicillis, & quorumlibet chirographis sæpè habitam vidimus. Cum verò scriptionem adoriuntur, priusquam exarent versiculos, ꝑ Kan quandam effingunt, reliquis literis grandiozem; & de ea lege neque eximunt Alphabetum, in quo primas, nota illa occupat, in hunc modum.

ქ. ა. ბ. გ. დ. ე. ვ. ზ. ლ. მ. ნ. ი. კ. ლ. მ. ნ. ი. კ. ლ. მ. ნ. ი. კ.  
ს. თ. ძ. ჯ. რ. ყ. შ. ხ. ც. ძ. წ. ჭ. ხ. ვ. ჯ. ლ. ჭ.

Ethæc fatis de solutis literis: mox ad nexus & syllabas transeamus.









**H**ic Typographus ob typorum penuriam, plerosque nexus præterijt. Scias Lector, vni literæ, non binas modò, sed ternas etiam, & quaternas superilligatas imponi; quarum imagines ob oculos ponere non valemus; eas te Iberici ijque vetusti Codices edocebunt. At deinceps, vt Typographi laboribus consulamus, solutis literis contenti, plerumque à nexu cauebimus: quod adhuc tua, parui interest Lector.

Cùm verò híc de syllabis sermonem instituerimus; paucis locus iste postulat, vt exponamus, quo ritu syllabas componere, ac pronuntiare, Iberi pueros doceant. Et quidem irrident morem Latinorum, literam literæ copulandi submissa voce, ac deinde elata formandi syllabam; & syllabam syllabæ adiungendi, priusquam dictiones integræ proferantur: cùm neque Armenios, Persas imitentur, aut Arabes. Non enim particulatim, syllabatimque; sed syncerè, atque integrè voces exprimi præcipiunt; literasque prius, non in syllabas coeuntes, sed suo singulas sonu reddi; ita tamen vt consonæ, in quas desinunt, adimantur: & Ḷ An, pronuntiant A, Ḷ Ban Ba, Ḷ Don Do, Ḷ Szen Sze &c. licet alij malint, exceptis vocalibus, in A desinere omnes, vt Ḷ Don Da, Ḷ Scin Scia, Ḷ Zil Za, &c. ratio tamen vtraque in vsu est; quam vt in tabula experiamur, pro paradiigmate, eam precationem subiicio, quam ad diuinum Numen implorandum, Tyrones primitè edocent. In ea verò, vbi hæc litera Ḷ ponitur, discipulorum nomina describuntur.

თჳანლო • გმერთ • განუმარჯუე • შნან • შენს • Ḷ • რთან •  
 ისწავლო • ს • დან • განდიღებღეს • მიეც • ვულონ • სმან • ყო-ელთან •  
 ლანთან • ცხო-ვრებისთან • ვულონცან • ამინ • დან • ამინ •

Huius igitur implorationis dictiones, hoc modo lectitant Iberorum adolescentuli.

თჳანლო • V: pha: A: la: O. Vphalo.  
 გმერთ • Gha: ma: E: Ra: Tha: O: Ghmertho.  
 განუმარჯუე • Gha: A: V: Ma: Ra: Gia: V: E. Ghaumar-  
 giue.  
 შნან • Ma: O: Na: A: Sa: A, Monafa.  
 შენს • Scia: E: Na: Sa: A. Scensa, &c.

Placet etiam nonnullos consonantes, in quas voces incidunt,  
 expri-

exprimere quodammodo, sine consortione vocalium: sed hoc parui interest nostra, docentium, iuxta consuetudinem Latinorum, cæteris longè faciliorem.

### CAPVT SEXTVM.

Aliarum Gentium characteres, quibus adhuc descriptos libros reperimus Iberorum.



**C**VM Iberiæ Regionem, hostium incursionibus deuastatam, iam diù non modò Græci, & Persæ, sed Armenij flamines, & Antistites incoluerint: inde ortum est etiam, vt in ea, passim plura Opuscula inueniantur, vernacula quidem, atque Iberica lingua: sed literis vel Armenijs, vel Arabicis exarata, quæ magni refert nostra intelligere; vt eorum ritus, atque errores deprehendamus. Ideò visum est sub finem huius Ibericæ Orthographiæ, harum Gentium elementa paucis adijcere; vt nostrates eò ad propagandam fidem legati, commodiùs, pleniùsque de omnibus, vno hoc Opere erudiantur. Primò igitur Armenia elementa, in subiecta syllabo tradimus: vbi correspondentiam intueberis, literarum Ibericarum; pro quibus passim in tota ea Regione substituuntur.

## ALPHABETVM ARMENIO-IBERICVM.

Ordo.	Figura.	Literarum Appellatio.	Valor.	Numerus.
1	ա	Aip	ճոճ	I
2	բ	Pien	ճոյբ	II
3	գ	Chim	ճոճ	III
4	դ	Tha	ոճ	IV
5	ե	Iec	ոյհ	V
sed hac litera in Ibericis dictionibus non vtuntur.				
6	զ	Szà	Յճ	VI
7	է	E	յ	VII
8	ը	Iet	ոյց	VIII

hæc in folis vocibus Armenijs adhibetur.

Or-

ALPHABETVM ARMENIO-IBERICVM.

Ordo.	Figura.			Appellatio.	Valor.	Numerus.
9	Թ	Թ	Թն	Tua	Թյն Թ	IX
10	Ժ	Ժ	Ժե	Sge	Ժյ Ժ	X
11	Ի	Ի	Ինի	Ini	Ինի Ի	XX
12	Լ	Լ	Լիւն	Liun	Լիւն Լ	XXX
13	Խ	Խ	Խե	Chhe	Խյ Խ	XL
14	Ճ	Ճ	Ճն	Za	Ճն Ժ	L
15	Կ	Կ	Կն	Ghien	Կյն Կ & Գ	LX
16	Հ	Հ	Հն	Hhua	Հյն Կ & Զ & Շ	LXX
17	Չ	Չ	Չն	Zza	Չն Ծ	LXXX
18	Ղ	Ղ	Ղամ	Cqath	Ղնտ Կ	XC
19	Ճ	Ճ	Ճե	Ge	Ճյ Զ	C
20	Մ	Մ	Մն	Mien	Մյն Զ	CC
21	Տ	Տ	Տե	Hi	Տն Զ	CCC
22	Ն	Ն	Նն	Nu	Նյն Զ	CCCC
23	Շ	Շ	Շն	Scia	Շն Զ	D
24	Ռ	Ռ	Ռն	hanc tantum pro nota numeri adhibitam, apud Iberos animaduertimus.		DC

25	Չ	Չ	Չն	Cia	՛ն Ի	DCC
26	Պ	Պ	Պե	Be	՛յ Ծ	DCCC
27	Ջ	Ջ	Ջե	Cce	՛յ Զ	DCCCC
28	Ռ	Ռ	Ռն	Rra	՛ն Թ	M
29	Ս	Ս	Սե	Se	՛յ Լ	MM
30	Վ	Վ	Վն	Vieu	՛յն Զ	MMM
31	Ա	Ա	Անիւն	Diun	՛ն Թ	M.MMM
32	Ր	Ր	Րե	Re	՛յ Թ	V
33	Յ	Յ	Յն	Zua	՛յն Ծ	VI
34	Ի	Ի	Ինիւն	Hiun	՛ն Զ	VII
35	Փ	Փ	Փն	Piur	՛ն Թ Եւ etiam Զ VIII	VIII
36	Է	Է	Էե	Ke	՛յ Զ	IX
37	Ֆ	Ֆ	Ֆե	Fe	՛յ Զ	X

idem ac F latinum.

Ex his ergo pro Ibericis vocalibus adhibentur.

Մ: Է: Է:  
Ն. Յ. Ո.

D Vt

26 ALPHABETVM ARABICO-IBERICVM.

.Vt visum est in tabula: sed binis his literulis alias reddunt.

III. I. III. I.

m. ٧.

Armenij verò recentiores, m. ad instar Latinorum; in hunc modum adhibere. O O

Secundò Arabum literæ à dextra sinistram versus progrediuntur; & quidem omnes sunt consonæ; dumque inuicem annectuntur, varias induunt formas: nam aliter in principio dictionum, aliter in fine, aliter in medio figurantur, vt videre est in hac tabula: vbi correspondentiam, ac substitutionē Ibericarum animaduertes.

ALPHABETVM  
ARABICO-IBERICVM.

Literarum

Ordo. Numerus. Potestas. Appellatio. Figuræ.

Nexæ præcedētib. | Nexæ v. trinquētib. | Nexæ sequētib. | Sola.

1 I Aspirata Aliph ʾ ʾلف ا

tio lenissima, quæ penes motiones varias superadditas, cuiusque Iberorum vocalis, æmulari sonum.

2 II prorsus sonat, vt δ: verum si alia duo puncta subscribas sic ٓ, est ʾ. vt P Latinum.

3 CCC ٣ Te ٣

4 D ٤ blæ. Tse ٤

sum, quo non vtuntur Iberi: & si pro ٧, non rectè à Persis substituat.

5 III ٥ sed si e- Gim ٥

a litera, alijs duobus punctis insigniatur sic ٦, sic ٧ Cin Ibericū.

6 VIII ٨ vel ٩. vel ١٠. Hha ٨

Or-

ALPHABETVM ARABICO-IBERICVM 27

Ordo. Numerus. Potestas. Appellatio. Figurae.

				Nexæ præcedē- tibus.	Nexæ v- trinque.	Nexæ se- quenti- bus.	Solæ.
7	DC	ბ.	Chha	ხ	ჩ	ჭ	ჯ
8	IV	დ.	Dal	დ	ღ	ღ	ღ
9	DCC	დ. blæ-	Dfal	დ	ფ	ფ	ფ
fum, quo carent Iberi.							
10	CC	რ.	Re	რ	რ	რ	რ
11	VII	ზ. fiau-	Zain	ზ	ზ	ზ	ზ
tem alia duo puncta hoc modo ; superimponas, vt à Persis sæ- pius vsurpatur, effertur ad instar literæ ḡ Sgian.							
12	LX	ს.	Sin	ს	ს	ს	ს
13	CCG	შ.	Scin	შ	შ	შ	შ
14	XC	სს.	Sfad	ს	ს	ს	ს
15	DCCC	დ. hac expri- mitur fonus literæ ḡ.	Dzad	დ	დ	დ	დ
16	IX	თ.	Tha	თ	თ	თ	თ
17	DCCCC	დ. non opus est hac litera apud Iberos.	Dha	დ	დ	დ	დ
18	LXX	დ. neque item hac alia.	Aain	ა	ა	ა	ა
19	M	მ.	Ghain	მ	მ	მ	მ
20	LXXX	ფ.	Phe	ფ	ფ	ფ	ფ
21	C	ყ.	Cqaph	ყ	ყ	ყ	ყ
22	XX	ქ. vel ჳ.	Kaph	ქ	ქ	ქ	ქ
23	XXX	ლ.	Lam	ლ	ლ	ლ	ლ
24	XL	მ.	Mim	მ	მ	მ	მ
25	L	ნ.	Nun	ნ	ნ	ნ	ნ

28 ALPHABETVM ARABICO-IBERICVM.

Ordo.	Numerus.	Potestas.	Appellatio.	Figuræ.
26	V	٥	He	ه
27	VI	٦	Vau	و
			Hæc non Lamaliph	لا

est alia litera à reliquis distincta, sed prima in sinu vigesimæ tertie.  
 28 X o consonans Ie

Hæ igitur, quibus Turcæ etiam vtuntur, & Persæ, omnes sunt consonæ, vt diximus; omnes vtrinque nectuntur; exceptis ز و ا ذ ر ز ا ذ ر ز ا ذ ر quæ præcedentibus tantum adhærent, vt in ipsa tabula ostendimus. Vt autem facilius memoriæ dentur, iuxta numerum quem valent, ab Arabibus, octo his dictionibus complectuntur.

أبجد هوز حطي كلمن سعفص قرشت ثخذ طبيع

Duplæ aliæ Iberum literæ, quæ supersunt, congeminatis Arabum simplicibus exprimuntur: & sic Sin & Zein, redditur litera Szen; Cim teschdidato, hoc est reduplicato & graui, litera Cciar; Ghain, & He, litera Ghhan.

Vocales deinde, quas Arabes Alharkata vocant, id est, motiones; quia scilicet consonantibus impositæ eas moueri, & sonum edere cogunt, figuras non habent nisi duas nimirum ' & ' : nomen verò triplex: virtute tamen, quoque Iberorum vocalibus correspondent: Primæ itaque motionis figura, est quædam transversa linea, supra literam collocata sic ب, quæ recta iacitur ab Africanis, vt ب, & vocatur Alphathho, id est apertio; quia os aperitur in eius prolatione: hæc verò promiscuè vsurpatur pro An, & En, vocalibus Iberorum. Cùm autem hæc eadem vocalis figura, literis subscribitur sic ب, vocatur Alkasro, id est,




ideft, fractio ( videntur enim, veluti frangi labia cùm profertur ) & fungitur munere vocalium ۞ En, & ۞ In. Altera vocalis figura, quæ est ad inftar literæ و Vau, fic ' , vocatur الضمّ Aldzhammo, ideft, collectio ( dum enim profertur, constringuntur labia, & veluti colliguntur ) & femper super literas collocata, gerit vi- ces ۞ On, vel ۞ Vn Iberorum. Prætereà folent Arabes, has vo- calium, feù motionum figuras, geminas, in fine dictionũ conſcri- bere, fic \* \* vt expriment, veluti occultè literam Nun; & hanc geminationem vocant التثنية Attanuino, quam nos cum Gram- maticis nunnationem, ideft, additionem literæ ۞ Nun, ficto vo- cabulo diceremus. Demum aliæ etiam notæ orthographicæ lite- ris apponuntur, vt السكون Effokuno °, ideft quies; cuius mu- nus est indicare literam, cui ſuperponitur, omni motione deſti- tui, ac proinde quieſcere, hoc eſt, peculiarem ſyllabam non con- ſtituere, ſed ad præcedentem ſpectare, atque illius ope tantùm proferri: Secundò التثنية Ettetcedido °, ideft, fortificatio, ro- bur; cuius eſt ſonum literæ roborare, ac ſi eſſet duplex: Tertiò الهمزة Elhamzato °, ideft, punctio; quæ collocatur potiffimùm ſuper literam | Aliph, vel ad latus eius, vel ſubtus; & innuit il- lam proferendam eſſe, vel motam, ſi motionem habeat; vel quie- ſcentem quiete prima, vt Grammatici aiunt: nam | Aliph abſo- lutè picta, pro litera productionis tantùm ponitur ab Arabibus; nec niſi beneficio ſigni huius vim ſumit, qua moueatur, vel quie- ſcat. Et quemadmodum ſæpè ſuper | Aliph motam, ſignum huiusmodi, licet apponendum ſit, non apponitur, nam ex ſola motione ſubintelligitur; ita multoties ſuperſtite hoc ſigno Ham- zat, ipſamet Aliph, vel compendij cauſa prætermittitur, vel cum

و, aut ع literis commutatur. Quarto المّ Elmaddo ~, idest, extensio, quæ soli Aliph aliquando in medio, sed sæpiùs in fine dictionis apponitur; denotatque eam vel duplicari, vel longiùs ad instar vocalis longæ, pronuntiandam. Denique الوصل Eluasslo, idest coniunctio, vniõ, ~, quæ soli quoque Aliph adscribitur in principio vocum: scilicet cum vna dictio, vocali sua abiecta, cum præcedentis dictionis vltima vocali coniungitur: nihilque est aliud, quàm illius vnionis, & coniuncttonis indicium. Alia etiam sunt minùs principalia signa apud Arabes, quæ literas comitantur; & de his fusè alibi differemus, in Arabica, Turcica, ac Persica Orthographia. Hæc in Apostolicorum hominum gratiam, obiter satis sit attigisse, vt vel Armenijs, vel Arabicis characteribus descripta, Iberorum volumina perscrutentur.


Varias verò literarum Ibericarum figuras quas Typographus in tertio Capite prætermisit, nos hìc excusas, ad calcem primæ huius Tractationis adiecimus.

1. ʘ ʘ ʘ ʘ	13. ʘ ʘ ʘ	26. ʘ ʘ ʘ
2. ʘ ʘ ʘ ʘ	14. ʘ ʘ ʘ	27. ʘ ʘ ʘ
3. ʘ ʘ ʘ ʘ	15. ʘ ʘ ʘ	28. ʘ ʘ ʘ
4. ʘ ʘ ʘ	16. ʘ ʘ ʘ	29. ʘ ʘ ʘ
5. ʘ ʘ ʘ	17. ʘ ʘ ʘ	30. ʘ ʘ ʘ
6. ʘ ʘ ʘ	18. ʘ ʘ ʘ	31. ʘ ʘ ʘ
7. ʘ ʘ ʘ	19. ʘ ʘ ʘ	32. ʘ ʘ ʘ
8. ʘ ʘ ʘ	20. ʘ ʘ ʘ	33. ʘ ʘ ʘ
9. ʘ ʘ ʘ	21. ʘ ʘ ʘ	34. ʘ ʘ ʘ
10. ʘ ʘ ʘ	22. ʘ ʘ ʘ	35. ʘ ʘ ʘ
11. ʘ ʘ ʘ	23. ʘ ʘ ʘ	36. ʘ ʘ ʘ
12. ʘ ʘ ʘ	24. ʘ ʘ ʘ	37. ʘ ʘ ʘ
	25. ʘ ʘ ʘ	

**F I N I S**  
**P R I M Æ P A R T I S,**  
Seù totius Ibericæ Orthographiæ.



**ETY-**



# ETYMOLOGIA ALTERA PARS GRAMMATICES

*Hoc est*

De partium Orationis formatione

## INSTITUTIONES.




Nouem sunt, in linguæ huius dialecto, Orationis partes; nimirum: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Aduerbium, Præpositio, Postpositio, Interiectio, & Coniunctio. De his singulatim, in octo hîc Capitibus differemus.

---

### CAPVT PRIMVM.

De Nomine prima Orationis parte, eiusque accidentibus.

VINQVE Nomini accidunt: Genus, Numerus, Declinatio, Species, Comparatio. & de his in quinque paragraphis, qui sequuntur:

#### §. PRIMVS.

De Genere Nominum Iberorum.

Genus apud Iberos vnicum est, & inuariabile; nam  
լամանո. Lamasi, significat: *pulcher, pulchra, pulchrum.*  
չնո. Chai, *probus, proba, probum.*

E

բոցո

დიდი .	Didi;	<i>magnus, magna, magnum.</i>
& sic de singulis: exempli gratia:		
ლამასი . კაცი .	Lamasi chazzi,	<i>pulcher homo.</i>
ლამასი . კალი .	Lamasi chali,	<i>pulchra fœmina.</i>
